



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm**

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

Cap. XII. Quam expeditat nos cognitione propria exerceri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40093**

Ifa 40.29.

condolendum, & maiorem donorum copiam illi communicandum. Qui dat laxo virtutem, & his, qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat.

Vt breui compendio magna bona & commodahuius exercitii complectar, dico ad omnia remedium generale esse su cognitionem. Ideoque in questionibus, quæ in spiritualibus colloquiis proponuntur, vnde tale quid oriatur, & quod illi sit remedium? fere in omnibus responderi potest, id oriri sui cognitionis defectu, & remedium esse cognoscere & humiliare.

*Sui ignoran-  
tia vitiorum  
plerorumque  
fonte.*

Si enim queras, vnde oriatur, quod proximum iudices, respondeo sui cognitionis defectu fieri, si enim in tuum ipsius finum inspiceres, totibi intuenda & plangenda reperies, vt tibi necesse non sit aliena curare. Si quæras, q̄ fiat, quod aspera & morosa verba proximo dicas? dico & hoc iusdē defectu fieri, si enim te nosset, & te tanquam omnium minimum haberes, & vnumquemque vtsuperiorem suspiceres, non eos hoc modo alloqui auderes. Si petras, vnde nascantur excusationes, querela & murmuraciones hæ: Cui hoc vel illud non mihi datur, quare tali ratione me tractant? certum est & inde oriunda esse. Si scire velis, qui fiat quemquam plus a quo turbati & tristari, dum tali vel tali tentatione obruitur? vel dum videt se sèpius labi, & ideo illum dolore affici & quasi animum despondere: etiam defectu propria cognitionis procedit: si enim humilis es, & cordis malitia aduerteres; non turbareris, nec ideo desperares, sed potius obstupesceres, quod peius tibi nō contigerit, & in maiora non sis lapsus, & Deum laudares & gratias ageres, quod manus tua, ne caderes te sustenteret, quod proculdubio cōtigisset, nisi ille te retinuissest. Ex vitiorum sentina & fonte quid non mali fluere potest? ex tali simeto tales odores sperandi sunt, & à tali arbore tales fructus. In verba illa Prophetæ: Recor-

*Psal. 102.14.* Ansel. l. defo-  
latus est, quoniam puluis sumus, dicit san-  
ctus Anselmus: Magnum nec mirum est,  
sicut puerum fecum ferat & rapiat.

Legimus de P. nostro Francisco Borgia, quod quodam tempore ei proficisciens in via obuius fuerit quidam nobilis vir, ei amicus, qui aduentus quanta cum paupertate & incommoditate iter faceret, & ei compatiens rogabat, vt maiorem sui curam haberet. Paer hilari & simulato vultu respondit: Hanc pro me sollicitudinem depone, nec cogita tam male mihi prouisum vt putas, certior enim sit, me semper metatorem præmittere, qui & hospitium & omnia necessaria in audentum meū paret. Quærēte vero nobilissimo, quis ille esset, q̄e præmitteret; respondit: Mihi ipsius cognitionis est, & eius q̄ mercor consideratio, qui est infernus ob criminates, & dumq; hac cognitione munitus ad hospitium quantumlibet male præparatum venio, commodius mihi videtur, quam merita mea exigant.

In annibus fratrum Prædicatorum refertur de S. Margarita eiusdem ordinis, quod cuidam viro Religioso, pio & sp̄. dñi rituali dixerit inter alia, quod Iep̄ius Dñi supplicasset, vt ostenderet ei viam, qm antiqui Patres ingressi erāt, & tamen plauerat, vt tot dona & gratias de ipsius manu accipere mererentur. Et quod quadam nocte dormienti apparuerit liber arcis characteribus conscriptus, & statim audiatur sibi dicentem vocem: Surge & elegi, quod surrexerit, & pauca verba, diam tamen & cælestia legerit. Hæc seniorum patrum perfectio fuit, Deum amare, ijssum contemnere, neminem spernere, iudicare. Et statim liber euanuit.

## C A P V T XII.

*Quamexpedit nos cognitione pro-  
pria exerceri.*

*E*x distis facile erit intelligere, quæ expedit nos nostri cognitione exerceri. Rogat Thales vnu sapientiū Græciæ, q̄ inter omnia naturalia efficeretur difficultas, respōdit hominē se posse nō posse. Amor hinc. n. quæ in nos habem⁹ tāt⁹ est, vt cognitio-

nē hanc impedit; & hinc etiā celebre il-  
lud veterum dictum: *Nosce te ipsum.* Et  
alterum: *Tecum habita.* Verum extraneis  
omissis ad nostros veniamus, qui doctio-  
res huius scientiae magistri sunt, S.S. Au-  
gustinus & Bernardus, dicunt hanc sui  
cognitionis scientiam altissimam & vi-  
llissimam esse omnium scientiarum, quæ  
ab hominibus inueniuntur sunt. Magni fa-  
ciunt (dicit S. Augustinus) homines sci-  
entiam de cœlo & terra, astrologiam,  
cosmographiam, scientiam de cœlorum  
motu, cursu planetarum, eorum proprie-  
tatis & influentiis: sed se nosse maior  
& altior his scientia est: illæ inflant &  
vanos homines reddunt; hæc ædificat &  
humiliat. Quamobrem sancti & spiri-  
tualis vitæ magistri iubent nos multum  
hoc exercitio occupari, & abusum argu-  
menti aliquorum, qui leui brachio suorum  
defectum cognitionem percurrent, &  
diutius occupantur deuotorum medita-  
tione, eo quod in his oblationem inue-  
niant, & in defectum & errorum suo-  
rum examine non delectentur, quod ne-  
fas arbitrentur sibi non placere, vt turpis  
aliquis, qui se in speculo considerare non  
audet. S. Bernardus loquens in Dei per-  
sona ait: *O homo si te videres, tibi displace-  
ris, & mihi placeveres: sed quia te non vides,  
tibi places & mihi displaceas.* Veniet tempus,  
cum nec mibi nec tibi placebis: mibi quia  
peccasti: tibi quia in aeternum ardebas.

De hoc agens S. Gregorius dicit ali-  
quos esse, qui dum Deo seruire incipi-  
unt & aliqua ex parte virtutem colere,  
statim sibi boni & sancti videntur, & tam  
fixos habent oculos in bono, quod faci-  
unt, vt penitus peccata & mala præterita  
obliviscantur, vt & subinde præsentia,  
tam enim in boni consideratione deti-  
nentur, vt non aduertant nec videant  
multa mala, quæ faciunt. Contra vero  
agunt boni & electi, nam vt vero virtu-  
tum & bonorum operum pleni sunt, sem-  
per oculos in malum coniiciunt, & im-  
perfectiones & defectus suos conside-  
rant. Et facile videre est, quantum in-  
ter vos & alteros interfit, nam hi mala

sua considerantes bona & magnas vir-  
tutes, quas possident, conseruant, & in  
humilitate permanent: mali vero bona  
sua invenientes eadē perdunt, nam super-  
biunt in illis & euanscunt. Sic vt boni  
malis suis commodum & rem faciant;  
mali contra bonis suis malum & dam-  
num sibi adferant, quod iis male vtantur.  
Vt in cibis euennit, qui quamvis salubres  
& boni sint, si quis eis vtatur sine modo  
vel ordine, morbum sibi accerset: & con-  
tra si quis viperino veneno certa com-  
mixtione & temperie vtatur, erit ei thæ-  
raca & salubris. Et dum diabolus tibi *Memoria de-*  
*suggerit* (dicit S. Gregorius) bona, quæ *listorum da-*  
*egisti, vt te magnificias & superbias, op-*  
*pone illi tua mala, in memoriam peccata*  
*reuocans.* Vt D. Paulus faciebat, qui  
ne extolleretur & euansceret magnis  
suis virtutibus, eo quod in tertium vique  
celum raptus esset, & altis ibi habitis re-  
uelationibus, defē dicebat: *Qui prius*  
*blasphemus fui, & persecutor & contume-*  
*lio fui, & ideo non dignus vocari Aposto-*  
*lus, quia Ecclesiam Dei persecutus sum.*  
*Quod optimum & antidotum contra*  
hanc tentationem.

In verba illa, quæ Archangelus Ga- *Sancti ne ex-*  
briel Propheta Danieli dicebat: *Intelli-*  
*ge filii hominis;* dicit S. Hieronymus, quod *tellantur hu-*  
*milianter.*

*Dan. 8. 17.*  
*Hieronymus.*

sancti illi Prophetae Daniel, Ezechiel &  
Zacharias iam sibi videbantur esse inter  
Angelorum choros, propter magnas &  
continuas reuelationes, quas habebant:  
& vt propterea se non extollerent, eu-  
anscerent & superbirent, cogitantes se  
iam Angelicam naturam vel superiorem  
induisse, monet illos Dei nomine An-  
gelus, vt natura sua fragilitatem & de-  
bilitatem recordentur, vocans eos filios  
hominum, vt nouerint se fragiles & mi-  
seros homines esse vt cæteros, & se hu-  
milient, & se pro eo habeant, quod sunt.  
Plurima in sacris & prophanicis historiis  
exempla occurunt Sanctorum & illu-  
strium virorum, Regum, Imperatorum &  
Pontificum, qui hoc medio vi sunt ad  
humilitatem conseruandam & non su-  
periendum.

*Contemptus  
sui.  
L. 4. c. t. vita  
P. Francisci  
de Borza.*

De Patre nostro Francisco de Borza legitur, dum adhuc Gandiae Dux esset, quod quidam vir sanctus ei author fuerit, quod si in Dei seruitute proficere vellet, nullus ei dies abiret, quo non aliquid mente volueret, quod ad propriam confusionem & contemptum faceret. Quod consilium tam audie arripuit, ut ab eo tempore, quo se ad orationis mentalis exercitum dedit, duas primas diei horas in sui cognitionem & contemptum impenderit, quid quisque legerit, audiuerit vel viderit, totum ad sui deictionem & confusionem applicuerit. Habebat præterea aliud deuotionis genus, eratque huiusmodi, quod quotidie simulatque cubitu surgebat, genua fleceret, terque terram oscularetur, vt meminisset se terram & puluerem esse & in puluerem vertendum. Quid vero hinc commodi tulerit, satis apparuit, quandoquidem tantum nobis humilitatis & sanctitatis exemplum reliquit. Observuimus ergo nos hoc consilium & id semper custodiamus, nulla nobis dies abeat, qua aliquam orationis partem non consumamus aliquid cogitando, quod ad nostram confusionem & contemptum faciat. Et ne ceſsemus, ne hoc exercitio supersedeamus, donec sentiamus, anima nostra impressum interiorem nostri contemptum & vilipendentiam, & confusionem & erubesciemus coram diuina Maiestate, intuentes nostram abiectionem & miseriam. Valde enim nobis est id necessarium, nam tanta nostra est superbia, & inclinatio, vt magni simus & assemimur, nisi quotidiane hoc exercitio utramur, in singulas horas nos supra nos eleuatos inueniemus, vt super aquam, leuiores enim & inaniiores subere sumus. Semper necesse hunc tumorem & superbiam reprimi, quæ in nobis oritur, apicentes turpitudinis nostre & abiectionis pedes, vt hac ratione vanitatis & superbie rota dissoluatur. Recordemur Euangeliæ illius parabolæ de sicu, quam Dominus excidi vollebat, eo quod iam tertium annum fru-

*Osculatur  
terram quo-  
tidie ter P.  
Borza.  
Lib. 4. c. 4.*

*Necessitas  
humilitatis.*

*Luc. 13. 6.*

etum non fecisset. Dicebat horzulanus domino, vt illum hoc anno permitteret, promittens se fossurum & stercus additurum, & sic fructum non ferret, tunc exscinderetur. Tu ergo siccam & sterilem animæ tuæ sicum fode, & stercus peccatorum tuorum & misericordiarum, quo abundant, adde, & sic fructum faciet & ferulis fieri.

Vt maiori animo quis hoc exercitum colat, & nemo occasionem illud omittendis ob falsas aliquas impressiones capiat; duo hic notanda sunt. Prior ne quis cogiter hoc exercitium tantum incipientium esse, cum & veterum & valde perfectorum virorum sit, cum videamus id ab illis, imo & ab Apostolo S. Paulo usurpatum. Posterior est, quod intelligendum, hoc exercitium non marci obnoxium nec melancholicum esse, nec adferre turbationem & inquietum, sed potius multam pacem & quietem, satisfactionem & hilaritatem, quantoque etiam in se quis defectus & error cognoscat, qui intus se etiam tamperuerum depræhendat, vt omnes illum oderint & contemnant. Dum enim cognitio hæc ex vera humilitate procedit, pœna illa & contemptus cum quadam suauitate & delectatione aduenit, it nollet sine illa homo esse. Aliæ illæ anxieties & pœnæ, quas quidam accidentes suas imperfectiones & defectus sentiant, tentationes diaboli sunt, qui partim eis nititur hominibus persuadere humilitatem habere, partim vellet, si posset, vt homines Deo dissident, & suo se seruicio manciparent.

Si in fragilitatis & miseria nostra cognitione nobis sistendum foret, statim nobis causa esset tristandi & desperandi, sed non hic figendum pes est. Sed statim ad diuina bonitatis, misericordia & liberalitatis considerationem transendum, in quo aduentum quan nos dilexerit, & quanta pro nobis passus sit, hicque omnis fiducia figura. Sicque quod occasio pusillanimitatis & tristitia futurum erat, si nos respiciamus, ius

ad nobis animum addendum & conformatum, & causa est maioris hilaritatis & solatii, si Deum adspiciamus. Si quis se intuetur, nihil videt nisi quod deplorandum est; sive Deum respiciat, in eo confidit, nec timeret eo deserit, quantas cunque etiam in se animaduertat imperfessiones & miseras. Diuina enim bonitas & misericordia, in quam oculos & cor fixit, infinitis partibus omnia haec excellit & superat. Hacque consideratione, quæ altas ipsis in visceribus radices egit, sibi tanquam fractæ arundini niti cessat & Deo semper nititur & fudit, secundum illam Prophetæ Danielis sententiam. *Negro enim in iustificationibus nostris prosterimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.*

### CAPUT XIII.

*De secundo humilitatis gradu: Declinatur in quo consistat iste gradus.*

**S**ECONDUM humilitatis gradum dicit S. Bonaventura esse, desiderare aliquem parui fieri. *Ama nesciri, & prouidilo reputari.* Desiderare à nemine sciri, & estimari, & ab omnibus pro nihilo haberi. Si in primo humilitatis gradu bene fundati essemus, tum ad secundum propius accessissimus. Si nos ipsis parui faceremus, non nos pigri ab aliis parui fieri, & potius ideo lætaremur. Idne manifestius videre luet? (dicit S. Bonaventura) Omnes natura in id propendimus, si videamus alios eiusdem nobiscum esse opinionis, & idem nobiscum sentire. Quod si ita se res haberet, cur non gaudemus alios nos vilipendere? Scis quare? quia nos ipsi nos non vilipendimus, nec hæc opinio nostra est. S. Gregorius in verba illa Job: *Peccavi, & vere deliqui, & ut eram dignus, non recepti, dicit, plurimos esse qui ore quidem profiterentur se tales vel tales esse, & tamen ipsi id non credunt, dum enim alii idem dicunt, vel etiam minus, ferre nequeunt.*

Huiusmodi, dum de se mala dicunt, vera *Superbia* non dicunt, sic enim in animo suo non *verbis tantum* sentiunt, vt sentiebat Job, dum diceret: *sicut se humiliat.* Peccavi & vere deliqui & Deum offendidi, & non me secundum merita puniuit. Job hoc vere & ex animo dicebat, illi vero solum ore & extetius se humilians, iatus tamen humilitatem nullam habent, humiles quidem apparere, sed non esse volunt; si enim id vere vellent, non tam ægre ferrent se ab aliis reprehendi, & de aliquo errore notari, nec se tam excusarent & defenserent, nec se turbarent, vt turbantur.

Referrat Cassianus ad Abbatem Serapionem accessisse quendam monachum, qui habitu, gestu & verbis magnam præ se humilitatem & sui contemptum ferebat, & nunquam de se malum dicere cesabat, quod magnus erat peccator & peruersus, indignus communis aere frui, nec à terra ferri: non volebat nisi humilidere, multo minus permettere, vt lauantur ipsis pedes. Abbas Serapion post mensam secundum consuetudinem suam

*Cassian. colo-  
lat. 18. c. 11.  
Monachus se  
coram aliis  
contemnit, &  
vnam moni-  
tionem ab  
Abbate non  
potest ferre.*

cœpit de rebus spiritualibus agere, in quibus & monachus partem habebat, nam bonum ei consilium dedit, & magna cum charitate & mansuetudine suavit, quandoquidem iuvenis & fortis erat, in cella federeret, & manibus ad parandum viatum operaretur secundum monachorum regulam, & ne otiosus per aliorum cellas vagaretur. Tam grauerit hanc admonitionem & consilium tulit monachus, vt dissimulare nequiret, sed exterioris & in facie indignationem ostenderet. Quare ei dixit Abbas Serapion: *Quid hoc est fili, quod haec tenus tanta de te ipso mala dixisti, & tot ignominias & decoras, & nunc unica admonitione, quæ tam est sincera, nec aliquam contumeliam & iniuriam in se habet, sed potius magnam charitatem & amorem, tam indignatis & commoueris, vt tegere & dissimulare nequieris?* Sperabatne forsitan tanta de te ipso mala dicendo à nobis te auditum illam Sapientis sententiam: *Injustus prior est accusator sui?* Proh. 18. 27.

Vole-